



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

3 Nemo procuret crimen, civilia curet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

percipere præsumit, anathematis ultione percussus 3 fit, ut fallax, ac pestiferi à sanctæ ecclesiæ corpore sit divisus. & infra. Sin autem in eadem civitate egressus ad publicum potuerit docere, quæ dixit, vel certe sciens se non posse, quæ scripsit, ostendere, errorem suum fuerit aperte confessus, Domini corporis ac sanguinis participatione non sit privatus, neque à corpore sanctæ ecclesiæ alienus existat.

¶ Publico | Hæc vox abest à manuscriptis, & originali, & Item v. sed ob casum est resecta, & in aliquot vetustis est glossa inserta.

¶ Contradictum | Quæ sequuntur usque ad versiculum, Quod si, addita sunt ex ipsa epistola, & referuntur etiam ab Irenæo.

¶ Percussus sit | Antea legebatur, percussus; sed cum ea, quæ antecedit, ipsi fido legent, quia ad oculum delictum referunt, emendatum hoc est, quemadmodum multa, ex epistola ipsa. Apud Irenæum verò legitur, anathematis ultione percussus, ut fallax, &c.

C. III. ¶ Anathematizentur, qui famosi libellos in ecclesiâ ponunt.
Item in concilio Eliberitano, c. 3.

¶ Si a qui inventi fuerint famulos libellos in ecclesiâ ponere anathematizentur.

Item Codice lib. 9. titulo de famosis libellis, lege unica. Imp. Valentinianus & Valens, A. A. [¶ Si quis famosum libellum domi, sive in publico, vel quocumque loco ignarus receperit, aut conservaverit, quamvis alter inventus, aut nulli confiteatur inventum, Sin vero non fecerit eadem adnotat vel corripserit, vel igne consumpserit, sed non eorum manifestaverit, sicut se quasi auctorem huiusmodi delicti capitali poenitentia subigendum.] & infra. Huiusmodi autem libelli alterius opinionem non ledant.

QUÆSTIO II.

Vocatio autem eius, qui impetitur, non semel, sed bis, & tertio per congruum spatium rationabilibus scriptis fieri debet.

C. I. ¶ Vocatio ad synodum eius, qui impetitur, & scriptis, & per spatium sui congruum.

Unde Damasus Papa Stephano Archiepiscopo epist. 3 scribit, dicens.

Vocatio b ad synodum iuxta decreta Patrum canonica eius, qui impetitur, rationabilibus i scriptis per spatium fieri debet congruum, atque canonicum: canonica ordinatio, licet venerit ad conventum quancumque necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus.

¶ Rationabilibus scriptis | In epistola Damasi loco horum verborum legitur, tam sua presentia, quam & scriptis, atque apocryphis: verum Anselmus, Barchadus, quibus Polycarpi, & Ivo cum vulgata lectio conveniunt.

C. II. ¶ Quibus temporum spatium reus vocetur ad causam.
Item Sylvester Papa.

Presenti e decreto censensus, ut in primis paternaliter d vocentur, & per septem dies expectentur, nullius ecclesiasticæ rei interdicta licentia. Hinc verò expectationem iterum addantur septem dies, interdicta ecclesiâ intrandi licentia, & omnia divina officia audiendi. Post verò addantur duo dies, quibus à pace & communione sanctæ ecclesiæ sint suspensi. Deinde verò iterum alius duobus diebus sub eadem expectatione deportentur. i Quibus uno die superaddito, o-

a Cap. l. c. 23. Poly. l. 1. tit. 21. An. l. 3. c. 29. Ivo p. 3. c. 31. & d. c. 14. Barch. l. 2. c. 59. b Poly. l. 1. tit. 1. An. l. 3. c. 30. Barch. lib. 1. c. 18. Ivo p. 3. c. 26. c Poly. l. 1. tit. 1. An. l. 3. c. 22. d al. personarum.

mi expectatione veluti jam desperata, reus mox anathematis gladio feriatur.

¶ Deponentur | Antea legebatur, expectentur. Emendatum est ex Polycarpo, Anselmo, & vetusto Gratiani exemplari-bus, in quorum nonnullis hæc est glossa interlinearis; id est, expectentur.

C. III. ¶ Nullus accusatio per scripta suscipiatur.
Item Damasus Papa ad Episcopos Italia, epist. 6.

Relatum a est ad sedem Apostolicam, vos accusationes fratrum per scripta suscipere absque legitimo accusatore. Quod deinceps in omni terrarum orbe fieri Apostolica auctoritate prohibemus, & quod nuper factum est, absque ulla retardatione corrigere & curamus, nec e unquam prius per scripta eorum, qui accusantur, causam discutere liceat, quam per querelantium institutionem d vocati canonicè ad synodum veniant, & præsentem agnoscat veraciter, & intelligat, quæ ei obijciuntur. & infra. ¶ Leges enim sæculi accusatores presentes exigunt, & non per scripta absentes. Unde canonica Patrum constituta non semel, sed sæpissime claman, nec accusationes, nec testimonium e ullum per scripta posse proficere, nec de aliis negotiis quicunque testimonium dicant, nisi de his, quæ sub presentia eorum acta esse noscuntur. Similiter, & qui f alium accusare elegerit, præsentem se, & non per alium accuset, inscriptione videlicet præmissa. Neque ullus unquam iudicetur, antequam legitimos accusatores præsentem habeat, loquendum namq; e est, ne ira quemquam subripiat, h factiarque citius omne, quod non licet.

C. IV. ¶ Vi, aut timore egesti, aut suis rebus expoliati ad synodum non veniunt.

Item Felix Papa II. Athanasio, & omnibus orientalibus Episcopis, epist. prima, c. 3.

Si i Primates, accusatores Episcoporum cum eis pacifice familiariter minime poterint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonicè convocant, non intra angusta tempora canonicè convocent, & non prius, quam eis per scripta significent, quid eis opponitur, ut ad responsum præparati adveniant. Nam si aut vi, aut timore egesti, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicè vocari ad synodum possunt, nec respondere æmulis debent, antequam canonicè restituantur, & sua omnia legaliter reddantur.

Hæc auctoritas non evidenti modo datur intelligi, quod nisi quis canonicè vocatus fuerit, citiam si aliqua occasione ad synodum veniat, suis iustitiam cogitur respondere insidiatoribus. Canonica autem vocatio est, quando servato dierum interstitio, secundum auctoritatem beati Sylvestri, causa sua, litera adesse iubetur, quibus, quid ei obijciatur, auctoritate Felicis Papæ significari oportet.


QUÆSTIO III.

Quod autem per procuratorem suam causam agere valeat, qui impeditur cause sue adesse non valet, auctoritate Romanæ synodi, qua tempore Hadriani & Papæ celebrata est, probari videtur, in qua c. 5. sic statutum legitur.

C. I. ¶ Pro se legatum ad synodum mittat, quem gravi necessitate premittat.

Si i agrotans fuerit Episcopus, aut aliqua cum gra-

a An. l. 3. c. 23. Poly. l. 1. tit. 1. b corrigi rogamus. orig. c. 11. q. 3. c. 2. An. l. 3. c. 23. d al. institutiones. e testimonia. orig. f. 2. q. 2. qui accusare. g. d. quoque. h. in cuiusquam subripit. i. Barch. lib. 1. c. 22. Ivo p. 3. c. 23. k. In cap. Hadriani c. 5. & Felix I. epist. 2. l. Poly. l. 1. tit. 1. Barch. l. 1. c. 31. Ivo p. 3. c. 26. Pann. l. 4. c. 19. q. 3. c. 2. novis.



vis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat, nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, electorum iudicium die statuta literis evocatus, minime occurrerit, hoc est, (nisi aliena a preoccupaverit necessitas) infra duorum, vel trium mensium spatium, & eò amplius, prout causa dilaverit.

Codex lib. 9. tit. de accusat. & inscrip. l. 3. Imp. Alexander August. ¶ [Reos capitalium criminum absenti etiam per procuratorem defendi leges publicorum iudiciorum permittunt.] ¶ Ecce, quod Episcopus impeditus, & cause sua adesse non valens, legatum pro se iubetur ad synodum mittere. Sed legatus iste non ad causam agendam, sed ad necessitatem synodo exponendam mittitur, qua impeditus Episcopus synodo presentiam suam exhibere non valet. Causam autem (maxime criminalem) nulli, nisi per se agere liceat.

C. II. ¶ Criminaliter accusati, vel accusatus per se experiantur.

Unde Hadrianus Papa in capitulo, c. 31. ait. **I**n criminalibus causis nec accusator, nisi per se, aliter accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defendere permittitur.

C. III. ¶ In omnibus causis, praterquam in criminalibus, Episcopi, & sacerdotes pro se advocatum habeant.

Item Anacleus Papa.

Quia Episcopus, universique sacerdotes ad solam laudem Dei, bonorumque operum actiones constituunt, debet unusquisque eorum tam per ecclesiasticis, quam etiam pro suis actoribus (excepto publico videlicet crimine) habere advocatum, non maxime famam suspectum, sed bonæ opinionis, & laudabilis artis inventum: ne dum humana lucra attendant, æterna premia perdant.

¶ Hoc capitulum, quod ex Anacleto citatur, habetur in concilio Eugenii Papæ secundo, tempore Ludovici ac Lotharii Imperatorum habito, cap. 10. Quod etiam à Leone quarto est reperitum. Ex quo canonice Lotharius, libro legum Longobard. tit. de advocato, & Vicodominis, etiam capitulum composuit.

QVÆSTIO IV.

Quid autem absq. synodali audientia damnari non debeat, auctoritate Iulii Papæ e probatur, qui e. piff. 1. ait.

C. I. ¶ Nisi in legitima synodo Episcopus iudicari, vel audiri non debet.

Nillus Episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore Apostolica auctoritate convocata, super quibusdam criminibus pulsatus audiat, vel e iudicetur, vel damnetur. Sin aliter presumptum à quibusdam fuerit, in vanum deducatur, quod egerint, nec inter statuta à ecclesiastica ullo modo reputetur.

¶ [Statuta] Absq. hac dictio ab originali, & ceteris locis indicati.

C. II. ¶ Episcopus accusatus, à duodecim audiat, causa vero sine ad sedem Apostolicam deferatur.

Item Zepherinus Vrbis Romæ Archiepiscopus, episcopi primus Episcopus Siciliæ.

Duodecim si iudices quilibet Episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, à quibus opus causa iuste iudicetur: nec prius audiat, aut excommunicetur, vel iudicetur: quam ipsi per se eligant, & regulariter vocatus g ad suorum primò conventum Episcoporum.

a alia] orig. b Anf. l. 3. c. 88. Pan. l. 4. c. 36. c Et in C. Hadriani, c. 3. Capitular. l. 6. c. 37. d al. quibusvis. e al. id est. f 3. g. d. 1. 1. Poly. l. 3. tit. 4. Anf. l. 3. c. 95. lvo part. 3. c. 2. 95. g al. vocati.

per eos ep' causa iuste audiat, & rationaliter discutatur. Finis vero ep' causa ad sedē Apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur: nec antea finiat (sicut ab Apollonio, vel successores eorum olim statuum est) quia eius auctoritate fulciatur.

Quod verò absq. synodali audientia Episcopus damnari prohibetur, sine præiudicio Romane sedis operetur intelligi, qui sua auctoritate, quosq. vult damnare, vel damnatos absolvere. Unde Gelasius Papa [ipsi sunt canonice] infra causa nona, [Sacerotes, & excommunicationis notatus.] ¶ Item Hadrianus, c. 3. [Liber Romane ecclesie in omnibus primatus, manifestum est, quod illi que sunt per unanimitatem, provisionem, ipsius primatus, quibusque dispenset: sicut in Novorogitatis decretum est: cunctis] ¶ Verò accusatus ad concilium veniat, quocumq. consuetudine salutaribus agitur, aut ab accusantium parte proponatur, contentiosus vocibus, sed iustissima verborum relatione perscrutetur.

C. III. ¶ In cognitione causarum contentiosarum non habeant.

Unde in Toletano concilio XI. c. 1. legitur.

In loco benedictionis confidentes Domini laqueum nullis debent aut indiscretis vocibus perturbationis, aut quibuslibet tumultibus perturbari, b nullis etiam verbis fabulis, vel risibus agi, & quod deterius est obsequia disceptationibus tumultuosas vices effundere. ¶ Sed enim, ut Apollolus e ait, putat se religiosum esse, qui restans linguam suam, sed seducens cor suum, hominum est religio: cultum enim suum iustis perdit, quibus lenitia iudicii obrepentium turba d confundit: dicit propheta. ¶ [Erit cultus iustitie silentium.] Debet ergo quidquid aut consulationibus, & confidentiam agat, aut ab g accusantium parte proponitur, se iustissime verborum relatione turbent, nec iudicii b vigorem multum evenerit. Quicunque ergo in conventu ecclesie hæc, que præmissa sunt, violanda crediderit, & contra interdictionem aut tumultus, aut contumelias, vel risibus illi conturbaverit, iuxta divinæ legis edictum, quod periturus, & [E]piscopi deridetur, & exibat cum eo iugum, cum omni dedecore de confessione k abstractus, & iugum ceteri fecerit, & trium dierum excommunicationis sententiam perferat.

QVÆSTIO V.

Non autem queritur, an sit aliquis iudicandus, quia crimen alterius indicat. De hoc scribitur in l. 1. tit. de crimini vna ceterorum, regula tertio, dicens.

C. I. ¶ Magis nocet, qui crimen cæci, quam qui amicabiliter indicat.

Non vos iudicetis esse malevolos, quando crimen alterius indicatis. Magis quippe innocentes non debent si fratres vestros, quos indicando corrigere poterat, cedere perire permittitis. Si enim frater tuus voluit a corpore delire, & te siletur, ac misericorditer indicatur, ergo potius debes manifestare crimen, ne delictum trefcat in corde.

a est iustissimo causa nona. Suprà 3. 2. d. verum non. b Anf. l. 3. c. 2. 45. c lvo part. 3. c. 2. 45. d al. perturbare. e lvo part. 3. c. 2. 45. f al. quando silentium perit, & iudicium obsequium confundit. g lvo part. 3. c. 2. 45. h al. iudicem. i Prover. 22. v. 9. j lvo part. 3. c. 2. 45. k al. legatur, confessione, & al. concessione. l lvo part. 3. c. 2. 45. m cum debet manifestare, no, & c. orig.